

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

**Amicicia bi**  
cum uariis

Multi diuicias despiciunt quos paruo contentos tenuis uictus cultusque delectat. Honores uero quorum cupiditate quidam inflammantur quam multi ita contempnunt ut nichil inanius, nichil esse leuius existiment. Itaque cetera que quibusdam admirabilia uidentur permulti sunt qui pro nichilo putent. De amicicia omnes ad unum idem senciunt, et hii qui se ad rem publicam contulerunt, et hii qui rerum cognitione doctrinaque delectantur, et hii qui suum negocium gerunt ociosi, postremo hii qui se totos tradiderunt uoluptatibus sine amicicia uitam esse nullam senciunt.

Tullius ibidem de amicicia.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Amicicia bi] Amicicia bu L<sup>2</sup>; existiment.] existiment? v<sup>2</sup> L<sup>1</sup>; ociosi] ocisi v<sup>1</sup>; hii] hiis M,  
hiis (*cor. sub lin.*) C; tradiderunt] tradidere P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; esse nullum] nullum esse P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>  
L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ibidem *om.* v<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; de amicicia *om.* B P V<sup>1</sup>